

Q. B. V.

COENOBII

Adhenadals,

In magno FINLANDIÆ ducatu

PRINCIPIS

succincta HISTORIA.

Cujus

Cons. ampliss. facult. Phil. in reg. ad Auram. acad.

Sub PRÆSIDIO

VIRI CL.

D<sup>N</sup>. ALGOTHI A.

SCARIN,

Hist. & phil. civ. Prof. ord.

PARTEM POSTERIOREM

PRO GRADU


publice ventilandam sistit

ENGELBERTUS RANCKEN

BOREA FENNO.

ad diem Julij, Anno MDCCCXLV, h. l. solitis

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.



§. I

**E**Xcussis in parte priori iis, quæ de *Gratis Val-*  
*lensis* monasterii initiis, vocis etymologiâ, e-  
jusque fundatione dicenda erant: Succedunt  
de illius in peninsula situ amœno & oppor-  
tuno, ædiumque, quæ olim fuere satis ampla &  
magnifica substructione, anteqvam ad ulteriora  
pedem promoverimus, in limine præmittenda non-  
nulla. Ab urbe *Aboa*, milliaris spatio integri, ad-  
jecto dimidio, distat; potuisseque videntur loci hu-  
jus clerici, si qui juxta pertinuerint olim ad *cathe-*  
*dralem* ecclesiam, peractis quæ in urbe agenda essent,  
salvo & incolumi die, per noctem reverti ad paro-  
chiales suos, quemadmodum *Laurentina* villæ suæ  
eamdem inesse commoditatem, refert in epistolis  
*PLINIUS*. (4) Ab oppido vero *Nadendalensi*, non  
nisi angustiore maris sinu dirimitur. Cujus nisi in-  
tervenirent undæ in siccum putidum desinentes,  
eademque ponticulo cum continente junctæ, qua-  
si in ditionem municipii, cum nasceretur, mona-  
steri



Aerium venisse, videri posset. A mari & a continente diversa facies occurrit. Mare crebris insulis distinguitur, quæ asperitatis imagine sua, littoris in proximo amœnitatem non parum commendant. Continens silvis & montibus, latissimisque agrorum & pratorum spatibus, plantarum genere vario picturatis, diffunditur. adeo ut, si non superstitioni & inanium cultui *divorum divarumque* hunc locum olim consecratum scirem, *Musas & Gratas, vellem* & maris otium hoc ipsum, sibi sedem primitus elegisset, facile opinarer. Egregium certe adversus tempestates receptaculum præbet, elevato in altum aggere circumdata monasterii area, in æquabilem & sponte excultam planitiem sese porrigens. Ad ortum brumalem, aream communem (*Strangård*) parietibus lapideis circumdatam fuisse, adieruntque humilioris loci hominibus habitationem præbuisse, ex ipsis, quæ supersunt ruderibus etiamnum videre pronum est. Pro campanili locus idem, ecclesiæ servit hodie. Imo granaria oppidanorum civium plurima recipit, ad incendenda sacræ ædis tecta, plus satis opportuna, si quæ funesta ignis atque ventorum flamina ad vastitatem urbis conspirare inciperent. Illinc versus occasum pedem prominentibus, occurrunt muri in unam massam inordinate disjecti, iidemque silvestrium fruticum arbutis usque adeo tecti & pulvere obrecti, ut vix videri ruinæ, profecto sine labore nimio fundamenta investigari nequeant. *Sanctimonialium* cellæ, ad illum,

nisi omnia me fallunt, templi tractum locatæ fuerunt. Idque ut credam, faciunt non introitus in templum pristini, satis manifesta vestigia solum, sed imprimis hodierna nomenclatio regionis templi illius: Nunnefarctian quo cum famæ testimonio satis valido atque vulgato demum contentis elogium, quod regione templi eadem, memoriæ abbatissæ cujusdam consecratum a pariete hodie quoque legitur, & de quo in sequentibus commodior erit dicendi locus.

( a ) Epist. 11. 17.

§. II.

**A** sodalitate sacra *sexus sequioris*, cujus ad ambitum solis curvata fuisse tecta, rudera monstrant, digredientibus, *templum* ab ortu geminum, *maius & minus*, utrumque non nisi uno eodemque tecto comprehensum adjacet, saxisque partim rudioribus, partim coctili latere mirifice texto consolidatoque, constat. Certe calx e silice cocta tam firmi operis est, ut multa interveniente die, in silicem redisse magis, quam longa imbrium & tempestatum patientia, dissolutam crederes ( a ). *Turri* latis alta non ita multo ante decoratum fuisse, eandemque, nondum adulto seculo superiore, hominis profani ignito telo incensam, & cum tecto flammis datam fuisse, perhibent plurimi. Adhæret, prout dictum a nobis modo fuit, majori templo *minus*, inque parte illa, quæ occalum & boream prospicit, impressa signa ostentat valvarum, quæ ad investigandum alterum



alterum claustrum hujus sodaliticum ducunt, & antequam obstruerentur, monachis ab illa parte nidulantibus, ad publicam pietatem, pro introitu interuuisse videntur. Facit autem septus ille & adium tabernis undecumque tere interclusus templi situs, ut perveniendi in templum aditus omnis ab oriente, idemque duplicati operis conspiciatur, contra quam in substructionibus vulgarium templorum, fas olim usitarumque fuisse novimus.

(a) Artes majoribus olim notas frequentatasque in desuetudinem abiisse multas, multi hodie conqveruntur. Certè laterum instruendorum & cogrendorum, nec non calcis ad polituram usque elaborande artificium, cementarii opifices nistri ignorant, aut non calore semet, perbellè simulant. Paulo ante cognitum & ad perpetuitatem operis quoque applicatum fuisse, plus satis monstrant cadauera edificiorum hac illac prostantia, tegulis & tectis, quæ imbrem arceant, penitus denudata. Cum quæ sequivris æri opera sunt, quasi non nisi ex luto constarent commissuræ eorum, paucorum annorum imbre ventoque dissolvi, diffluere, & ab imo convelli, usu ipso edoccamur.

§. III.

**T**emplum, in quo solo superest veteris instituti magnificentia, libero, & quam olim, aprico magis prospectu silvas & montes, & subjacens mare intuetur, inque eandem speciem, qua Wadstenense magnificum, puta quadraturæ oblongæ, figuratum est. Antiquam religionem ejus, imagines, picturæ & varii generis anathemata hodie quoque referunt. quippe exempta, nescio quo fato, ab illo diluvio, quod

quod monumenta *Suehica* tantum non omnia circa finem reformationis seculi absorpsit; ipsosque homines, qui forte respicerent ad vetustum simulacrū, vorticibus iisdem implicuisset, ni zelo importuno vis superior opportunius intervenisset. (\*) In *sacrario* cetera inter acta vetustatis eminent codices regalis in *quarto* formæ tres, idiomate latino typis exarati, iidemque monasticæ eruditionis amœnitatibus referri. Præter illos, duæ camisiæ sacerdotales ( *Svet. Måssfiortor* ) visuntur, quæ per vetustatem nondum obsolevere penitus. Chorus, & in illo altare, quod more solito ortum prospicit, præcipue superbit *tabulâ*, quæ apertura gemina explicatur & cum visum fuerit, complicatis iterum valvis clauditur. Conspiciuntur a fronte contabulationis explicitæ illius, sculprilia *S. S. Trinitatis* simulacra, silva circum labra densa latis ornata. Coronis â capite redimiuntur; inque veste, variis picta coloribus, feminam, quæ non alia esse potest quam *regina cæli*, cohonestare velle videntur capitis insigni eodem, quo imagines renident ipsæ. Præter imaginem *Salvatoris* ligno crucis affixi, effigies auratæ angelorum, ad supremam hierarchiam pertinentium, superne visuntur, â latere verò chorus nescio quorum religiosorum hominum, opere olim affabre facto & ad obrussam usque auro obducto, quod durante iconolatria pontificia, ad æmulationem pietatis non parum forte momenti habuit; hoc nostro ævo verò, quo pristina superstitione minus ran-



guntur animi ceu tesserae religionis priscæ saltem  
 servantur & retinentur omnia. In templi medi-  
 tullio fere *suggestus* est, suis ad ornatum picturis &  
 coloribus neque destitutus. Non procul inde, qua  
 ad occidentalem templi partem itur, in medio fere pa-  
 vimenti, e ligno discolore exsculpta *pila* comparet,  
 in altum, quam pro more solito, editior. In apice  
 arca eminet, suis certis loculis, ceu cænaculis, distin-  
 cta. Parietes ex ferro cancellati sunt, ellychniis  
 ab antiquo suis armati. In operis fastigio imago  
 crucifixi gemina apparet, ex fulvo & candido colorem  
 trahens. Illa imago, utrum excavata sit, & pro  
 religione aliis in locis recepta, reliquiis sanctorum  
 referta, (a) cum editior & magis in altum eleva-  
 ta prosteret, explorare in proclivi non erat. Nobis  
 certe, pro ossuaria urna, sub papilmo intervuisse vi-  
 detur opus, inque sinu suo reliquias sanctorum  
 exhibuisse, a prætereuntibus cultu religioso profe-  
 quendas. Romanos gentiles *divorum* suorum cineres  
 supra stelas & obeliscos, aliasq; acuminati operis mo-  
 les el vasse (b) & exemplum pontificiis dedisse, super  
 metas iudem elevandi reliquias sanctorum suorum  
 res est notissima; si non aliunde, certe ex epistola,  
 quam ad *JACOBUM ULPIONIDEM* Upsal. ecclesiæ  
 primatem dedere olim canonici *Antverpienses*, & qua  
 gratias, supra quam cogitari potest, humiles atque  
 devotas. A episcopo agunt pro officulo beati mar-  
 tyris *ERICI*, cuius copiam ecclesiæ eorum fecisset;  
 ipsique ceu inestimabile clenodium christallino re-  
 po-

positorio inclusum, eminenti in cathedrali ecclesiâ sua, loco elevari curarent (c) Ab illo publico & satis grandi, spatiofoque templo, in illam partem digressis, quæ virginibus Vestalibus, piisq; feminis ceteris, pro asceterio seruiit olim, & saltē ferreis clathris a majore discriminatum est, præter sacrum, idemque satis obscurum silentium notatu dignum, virorum nobilium sepulcra, eorumque vetustatis insignia parietibus suspensa nonnulla sese offerunt: quæ inter familiam ducere censendum est elogium *Brigitte Kurckie*, ex nobilissima de Laucko familia Fennica oriundæ datum in hanc formam: Här ligger den Edle och Wälsbördige Syssler Brigitta Knuts dotter Korck Abatissa, den 29. Junii anno Christi 1571. GUD allmägtig henne en glädiefull upståndelse förlåne / för sin f. Sons Jesu Christi skull allena. Sunt qui societate monastica ad interitum vergente, ultimam contubernii sui *antistitam* fuisse volunt hanc de tribu S. BRIGITTE religiofam & cognominem filiam. Sed cum mortem obiisse dicitur anno septuagesimo primo currentis reformationis seculi, & JOHAN. III. regis ad antistitam anno MDLXXV. datæ literæ, de quibus deinceps, diversum tvadeant. id saltem ex hac inscriptione colligimus, quod recentiori ævo, muneri data sit illa defunctæ, siquidem, operum damnato pristino merito, mortis & resurrectionis dominicæ mentionem injiciat, cujus unius virtute, ut ex funere rediviva iterum reverteretur mortua, auctor optat.



(<sup>a</sup>) Melen. *Secund.* VIII. 33. Vastov: *vitis aquilon:*  
dedicat.

(a) vide *differ. de templo Lincopiensi* pag. 35.

(b) T. Arnkielium in *antiquit. Cimbr. confer*, &  
quos ille citat antiquos & recentiores rerum Romanarum  
Scriptores, & videbis obeliscum, qui prope templum  
D. PETRI Vaticanum, hodie visitur, ceterasque, quæ ur-  
beis olim ornabant, excelsas moles, Julii Cæsaris,  
Trajani, Antonini ceterorumque Augustorum illius ævi  
reliquias, in ipso fastigio suo, longe lateque ostentasse.

(c) *Peringskialdx. monum. Upland. II, pag. 53.*

§. IV.

Cœmeterium, quod tenentibus longissima regna  
diis interis, veteres S. Gothi, sub nomine  
Bogårdar/ åttthagar dedicasse censentur, & damna-  
ta vetere, in propriis fundis sepeliendi ratione,  
in ecclesiarum atriis deinceps instaurare cœpe-  
runt, undique fere apud *Nadendalenses* rudi saxo  
coctilibus intermixto, clausum est. Capacitatem  
quam olim, eandem hodie servat, licet per  
diminutionem pristinarum ecclesiæ civium fami-  
liarumque, & proinde partitionem funeralium &  
ceterorum, unde sumtus suppetere, stolæ ju-  
rium, dehiscere sensim moles & ad prolapsio-  
nem in nonnullis locis spectare videatur. Inter-  
rim ne, qui in illo loco laterent, dulcis aquæ so-  
latio carerent, fontem in vicinia genius ipse  
loci scaturire voluit, vitreo & quod mireris, sal-  
sedine maris nulla, imbuto latice fluentem. Fon-  
tem

tem hunc curandorum morborum virtute olim instructum, præcipue vero religiosi ad sedandam facram sitim illorum, pro præsentè remedio fuisse nulli dubitamus. Utrum in illa recensione & proscriptione religiosorum fontium, quam A. Ep. novus Evangelicus consignasse legitur (a) locum invenerit hæc quoque torrens vena, jure dubitari poterit, cum, quæ monumenta Svethica, multo post tempore aboleret nova superstitio, ad magnum ducatum huncce non pertigerit, sed quod jam ante probatum ivimus. Quidquid sit, cum adeo non largâ & illimi lympha hodie manet, excommunicationis fulmini, hoc quoque naturæ beneficium implexum fuisse, senescentes in dies cuniculi pristinæ venæ non obscure docent. Tanto vero hæc, quæ de fonte nostro, ejusque pristino cultu diximus, certius præsumere licebit, quanto de *Fenningia* gentili & genuina sobole illius, puta *Lapponia* incolis, O. SPERLINGIUS in sua de baptismis gentilium erudita commentatione perhibet, quod ceterorum more SCYTHARUM, fluminum & fontium cultui addicti fuerint, inque illis liberos suos tingere & offerre religiosum putaverint. (a) *Biograph. ejus* p. 144. seqq.

## §. V.

*Sannium* in *Sannio* hodie quærendum, neque nisi ægre formam, quæ olim fuerit, structuramque *communipatis* hujus ex ruderibus colligi & di-



dignosci posse, modo diximus. Quibus intus habitationibus distincta commodis, quibus ad usum & ornatum textilibus aulæis, aliisque vasis atque sculptilibus affabre factis eadem instructa fuerit, post tot hominum ætates, ipsamque prope consumptam memoriam operis & instituti hujus, fastidiosus & explicatu difficillimus nodus est. Per conjecturam dicere licebit, sicut ordinis S. *Salvatoris* monasteria tantum non omnia, *Wadstenensi*, ceu matri suam originem debent, qua de re in sequentibus plura dicturi sumus; ita *Coloniæ* in proximo hanc ipsam, non moris & religionis solum, sed & oris filiam fuisse, inque sui corporis compage formam matris suæ pulcherrima similitudine expressisse, persuasissimum sumus. Qui magnificentum *Wadstenense* claustrum viderit, in *Sueciciæ* unicum ad hæc usque tempora superstes, frivolæ religionis monumentum, quomodo sit illud *andronitide* & *gynaiconitide* divertio suo pulchrè descriptum, flexuosis ab utrinque porticibus, solidi & sumtuosi magis, quam venusti operis cellulis & cœnaculis, iisdemque non nisi tenue & obscurum lumen intromittentibus distinctum; qui *inquam* templi *hinc illinc* superstitis ad huc, non materiam solum, sed formam & eandem; prope magnitudinem adspexerit, & invicem utrumque opus conferre otium sibi sumserit, næ ille *filiam*, fato licet multo ante functam, ex matre dignoscet; & quæ *ejus*, olim lineamenta

menta corporis fuerint, sibi non difficulter repræsentare poterit. Et si frivola alicui hæc nostra videri poterit sublimitio, ad fucum magis quam rei veritatem accommodata, quamdiu non testibus idoneis eandem evictum ire potuerimus, quid in genere de sui ordinis monasteriis *fundatrix* ipsa constitutum voluerit ex *Hospiniano* & *Nauctero* allegare juvabit. Per idem tempus, prior inquit, *BRIGIDA* ad *URBANUM* pontificem venit, pro confirmatione nova religionis, quam instituit, mulierum atque virorum. Religionem verò hoc modo instauravit, ut adificia connexa haberentur; habitationes tamen ita sejuncta, ut de unâ ad aliam, nisi urgente necessitate transiri non possit. Earum tamen basilicam censet communem esse debere, ita ut fratres in inferiori parte; sorores seorsim in superiore officium exsolverent. (a) In instruendo templo *Wadstenensi* formam illam religiose expressam esse, qui molem augustam viderit, nemo negabit. *Nådendahlense* nostrum, ad eandem formam & dimensionem, antequam deflagraret, pridem distinctum fuisse adornatumque, etiam sine conjecturâ, quisque colligere potest.

(a) *Conferisset ipsam S. Brigittæ regulam conventui præscriptam & ab Holpiniano tractatus de orig. monachatus, integram adscriptam.*

### §. VI.

**P**lcturas & decora, quæ rudioris saxi parietes monasterii ab intus honestarunt, si quis scire desiderat,



rat, qualia fuerint? obvia & naturali magis quam fabricata concinnitate aliqua exsplenduisse credibile est. Phrygii operis pigmenta, eademque auro & argento radiantia, in nostra gente non dum usu venerant. Igitur quisquis senserit e re sua esse, curiosius investigare, quæ convenientis materiæ vela, quæ picturæ ædes ornaverint, non procul distitum & proprietariis iisdem olim inhabitatum *Kanlasente* palatium convenire poterit, ibique videre parietes, pro more seculi, alios nobilitatis insignibus condecoratos, alios tessellati operis fagi laminis affabre sectis & confertis vestitos esse. quem veteris frugalitatis situm quisquis conferre voluerit cum illis, quibus hodie ædes privatim nitent, majoris opulentiaë umbris & apparentiis, exarefcere pristinaë pietatis opera, spes animo & fortunâ imbelles in orbem redire, & tela nostra, quorsum miserimus, eadem in vanum cadere omnia, nemo mirabitur.

§. VII.

**V**ersus meridiem in eodem maris litore *urbs* ipsa adjacet, in gratiam advenarum, religionis & pietatis instituto, peregrinantium, fundata, & privilegio regis *CHRISTOPHORI Bavari*, quemadmodum in parte priori dictum est egregiè munita. Quâ conditoris tamâ urbes in universum omnes sese venditare solent, inclutum hoc quoque nostrum oppidum est. Vetustatis religionis verò, si ab *Aboa* discefferimus, *Finlandiæ* hodiernæ

diernæ municipia tantum non omnia superare  
credibile est. Cumque esse soleant vetustarum  
urbium origines multæ minus certæ & indubi-  
tata, illud in ceteris, quibus hæc nostra prædi-  
cari meretur, certè non ultimo loco reponen-  
dum, quod, quæ initia ejus fuerint, quæ primo-  
rum temporum privilegia & prope consules,  
quibus nata fuerit, non ad levis auræ capta-  
tionem, sed historiæ veritatem, certo certius  
ostendere possit. Loco uliginoso, at tamen pla-  
no & opportuno sita est. Quæ orientem spe-  
ctat exigua portio, super montium iuga modi-  
co tumore excrecentia, posita est. *Ædes* civi-  
um lignæ sunt, atque silvestris materiæ, multo  
tamen, quam quæ ruri plebejorum esse solent, e-  
legantiores, conspectioresque. Plateæ, transversis  
divisæ vicis, sunt lapidibus strata. Inque me-  
ditullio suo *forum* salsamentarium, boarium, oli-  
torium satis amplum ostentat, quæstui & merca-  
turæ, necio cui non exercendæ sufficiens. Ieju-  
nio instante quadragesimali, puta, Cinerarium  
testo ( *Astconsdag* ) *nundinalia*, sed sine cinere  
aut Cereri præstito sacro aliquo, quotannis ce-  
lebrari solent, affluente & ex procul diffitis oris  
redundante emptorum, venditorumque frequen-  
tia. Inter merces, quæ venum proflare solent,  
piscis saliti, nec non lini & cannabis fasciculi  
non carminati eminere solent; itemque vimineo-  
rum materia funium, piscationi interservientum. U.



na cum butyro feboque, annona, ceteraque natura & necessitati humanae congrua cibaria, antequam regionem Russi invaderent nuperrime, æquo & parabili pretio comparari potuere. Hodie in summa caritate ista omnia sunt, & quamdiu solemnes, a tributo, plebejorum civium teriæ durant, cariora indies evadunt. A foro versus oecatum, non procul situm est *pedagogium*, in gratiam succrescentis pueritiæ utriusque sexus extructum. neque ab illa æde remota longe visitur ipsa urbis *curia*, cæteris ædificiis plena magis & egregia, nec non legum codice vario, sigillo ( quod in eçtypo L. B. videre potest )



ceterisque ad rem bene gerendam publicis instrumentis refertissima. Privilegiis iisdem, quibus aliæ civitates, non jure *stapula* gaudentes, hæc quoque nostra ornata est. In transmarinas oras velivolantes *naves* transmittere, oppidanis pridem solemne erat, & quamdiu sine impendii jactu-

jactura fieri potuit, frumentum, pecora & e-  
 dulia heic loci coënta, in portu *domina urbis*  
 venum exponere soliti tuere. Hoc tempore ve-  
 ró, quo vel interdicto publico, vel sua spon-  
 te periisse videri poterit, operæ omnis atque  
 impentæ pretium, consulturi quocunque modo  
 vitæ necessitati, ad portum urbis, quem aditu  
 laxum, præaltum & tabulatis constratum ha-  
 bent, sedentes *viri* atque *femina*, juniores senio-  
 resque, tibialia ex omni molliore lini lanæque la-  
 nugine, & si qui ex *serico* requirant, ejus ge-  
 neris etiam latis apta & egregia conficere so-  
 lent; sed bombycini non arachnæi filii, cujusmo-  
 di materiam pro conficiendis tibialibus, ad u-  
 sum vir in Gallia illustris paulo ante revocavit ( *b* ).  
 Sunt nostra suis nodulis invicem implicatis distin-  
 cta, cumque exercitationi artis illius a puero  
 advescant, incredibile, quanta celeritate dexte-  
 ritateque, etiam aliud agendo, operis sui telam  
 pertexere solent. Sufficit in certitudinem jam  
 ante dictorum testem ex transmarinis oris citas-  
 se episcopum Lincopensem eundemque com-  
 munitatis Wadstenensis inspectorem modernum,  
 reverendiss, Dn. D. AND. O. RHYZELIUM V. G.  
 qui in recensione nuperrima S. Goth. monaste-  
 riorum, de conditione oppidi, qualis destructo  
 monasterio, esse cœpit, & ad hæc usque tempora  
 perennat, eodem fere, quo jam ante nosmet, mo-  
 do loquitur: *Nunnorna i Nådendahl hafwa ale istrån*  
refor-



reformationens tiden/ medan the ännu lefde emellan  
 hoppet och ångslan/ ibland andra slögder och 19flor  
 tagit sig före at sticka trådstrumpor/ och lärt flickor  
 der på orten at gidra det samma med stor ferdig-  
 het. Swadan är kommit at uti Nådendal/ som  
 nu/ sedan thes kosteliga kyrckia/ för 100 åhr sedan  
 wid pass/ afbrann/ är en förfallen ort. Samma  
 handwerck/ Strumpstickeri idkas med then slit. och  
 snille/ at therifrån til Stockholm och andra orter  
 utföres åhrl. en otrolig myckenhet af trådstrumpor.

(b) acta erudit. Lips. anni 1714 pag. 195.

§. VIII.

**P**ristinam & hodiernam loci faciem, quantum  
 commodé fieri potuit, haftenus delineauimus.  
 Monasticum vitæ genus certum, idemque á cete-  
 ris religiosorum hominum sodalitatibus distinctum,  
 Ordinis nomine venire, vulgo notum est. Nostri cœ-  
 nobitæ, cujus ordinis fuerint, seu quam vitæ regulam  
 professi sint, ex ipso jam ante allato foundationis  
 diplomate satis apparet. Scilicet regulæ, cui in  
 Gothiâ *Wadstenenses* monachi, eidem nostræ gen-  
 tis religiosi hi quoque consecrati fuere, non ab  
 institutrice, BRIGITTINI modo appellati; sed vel  
 maximé *ἀπὸ τῆς κόμης σωτῆρος*, SALVATORE mundi,  
 quem diuæ *Brigitta*, canonem suum inspirasse &  
 in calamus dictitasse fingunt, *Sanctiss. Saluatoris* co-  
 gnomiæ augusto decorati. Sed quæ nostræ gen-  
 tis novitia turba plané non confundenda cum or-  
 dine *cucullatorum* nominis ejusdem in Italiâ, pro-

pe *Senas* eodem tempore ferè exorta; quemadmodum abs societate utraque illa procul distant S. Salvatoris *equites*, seculo reformationis vergente, ab *ERICO XIV.* Svethiæ rege instituti; itemque Pontificis R. prætoriana cohors *Jesuitarum*, quæ seculo reformationis ineunte, primum in lucem prodijt, & cum mundi salvatoris nomen præferant, ad nutum monentis *matris* illius, semet veraciter salvatum iri neque desperant. ( a ) Plura in hanc rem quisquis scire desiderat, *Benzelium* in monumentis ( b ) adire potest, & doctore illo, ab indecorâ ordinum horum confusione præmuniri. *SANCTÆ BRIGITTÆ* vero ( quæ in distinctionem monialis *Scotica*, sub eodem nomine celebris, Svethica dici solet ) natales & res gestas, ceu positas in luce omnium, ne in supervacaneis operosi videamur, consultó præterimus. Qui de iisdem pleniora scire cupiunt, *chronicon divæ* hujus, (itemque *Vastobium* convenire potest, & qui notis utrumque illustravit *Benzelium* modo laudatum, curiositatique bellissimæ suæ abunde satisfactum videbit. Ex ordinatione autem dominæ & divæ hujus, sodalitium statim initio bitariam lectum fuit, & devotioni utriusque sexus hominum, consecratum *Feminarum* inibi princeps & primaria fors erat. Sed cum spectarent omnia ad *ὑπερβολὴν θεησυνείας*, ejusque omnibus *numeris* publicè & privatim explendis, non sufficerent seorsim demurmurata *Vestalium* preces, ex uno elemento colli-



colligere corpus suum *pia mater* noluit; sed qui publicâ voce præirent, alterius sexus individua adscribi nonnulla, & cum infalis & verbenis itidem præsto esse iussit, qui quod in cultu Div. *nimum* esset, peragerent, & pro remedio animarum anniversarias preces deblaterarent. Igitur ad præscriptam regulæ, *Sorores* admodum sexaginta, non plures essent. *Sacerdotes* numero tredecim fuere, juxta numerum totidem apostolorum, *Paulo*, qui non *minimas laborum partes sustinisset*, connumerato. Ex eadem, cum ipsis, tribu erant *IV. Evangelista*, qui totidem in ecclesiâ veteri, patres & doctores primarios referebant. Quibus si octo laicos accenteas, sacerdotibus servitio datos, quæ fratrum, quæ numerosiori turbæ sororum sors fuerit, quàm suis filiabus *Brigitta* liberaliter, non perinde filiis, fieri voluerit, L. B. non perplexè videbis.

*Cum in officina typographica magis facili & quietâ industria iterum expediri posse videntur curæ hæ ipsæ, quæ restant, U. D. subsequen-*  
*tur:*

10  
*Thef. I.*

**V**ita cœnobialis absolute, certè quæ ab initio fuit, non penitus procribenda.

*Thef. II.*

**P**apismus tum maximè robur in Sviogothia sum accepit, cum collateralis regiae potestati dignitas ecclesiastica, puta *Archiepiscopi*, in civitatem primum intruderetur.

*Thef. III.*

**E**tiam, qui belli muneris partem nullam attingere, umbratici homines, de bellis prudenter discernere possunt.

*Thef. IV.*

**E**xursiones maritimæ à belligerantibus in se invicem fieri solitæ, eademque Jure naturæ permixtæ, cum scelerata piratica, quam, salvo jure, institui, perperam sentit *Hobbesius*, omnino distingvendæ sunt.

*Thef. V.*

**Q**ui belligerantium alterutri suppetias ferunt, eoque efficiunt, ut alterius defensio contra hostem difficilior evadat, *neutrius generis*, sine omni nomen gerere sunt censendi.

*Thef. VI.*

**C**ognitio historica omnis eruditionis humanæ fundamentum est censenda.

